

25

ΕΤΦΗΜΙΣΜΩΣ ΓΑΜΙΚΟΣ,

P  
Panegyri Nuptiarum.

VIRI CL.

DN. M. FRIDERICI VICCI,

Poëtæ Laur. Cæsarei,

GymnasI Vratisl. Mar. Magdalenaï Con-Rect.

& Profesf. Solertissimi,

PRÆCEPTORIS Honoratissimi;

Et

Virginis Lectissimæ Amabilissimæq;

M A R I Æ,

VIRI Reverendi, Humanissimi & Doctissimi

DN. COELESTINI SCHROEERI,

in Suburbio ad S. Salvatoris Ecclesiastæ Fidelisf.

& Gymnas. Vratisl. Elisabeth. Collegæ primarii,

Filia Florentissimæ,

Anno cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup>c LIX. Novembr. IV. celebrandæ,

Observantia & Honoris ergo,

nomine Symmachorum omnium,

Primi Ordinis GymnasI Ejusdem p. t. Insessorum,

à duplicata Heptade,

unâ DECURIONUM, SUBDECURIONUM alterâ,

consecratus.

1012391  
Vratislavia, Typis Baumannianis exprimebat Gottfried Gründer.



I quid inest Votis , si Fatis , Sponse , jugales  
Haud frustra Tædas bella Puella subit.  
Nam Te Victorem celebrat, quem Myrtus  
amoris

Ornat, & ex Olea Munere donat Eros.

*Inter viētrices Laurūs quem docta Camœna,  
Quem resonis metris Pancharis alma canit.*

Eugè! Triumphet Amor Victor! Sponfusq; triumphet,  
In cuius casles Præda petita cadit!

Vicit Amor Nympham: VICCI, Te vicit amantem,  
Qui MARIAM, Victor vincis amore tuam.

*Victorum, & porrò Vincentum Corcula, Pacis  
Vinciat æternum, servet, honoret, Amor!*

Sic succederet Amor: Sic Bellum cedet amarum:  
Mellitus in MARIA fiet amaror Amor.

**CAROLUS STEPHANUS Faut**

CAROLUS STANISLAUS Euthymann/  
Pratislaviensis.

**G**emma velut multum decorat, commendat & Arrham,  
Et s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> h<sup>a</sup>c illâ precio majore paratur:

*Sic quoqu Nubentum Pietas Probitasque jugalem  
Exornat vitam. Nec enim praestantior ulla*

Gemma est, quam Virtus. Adamas huic atq; Pyropus,  
Cum pulchrâ cedit Sapphiro, cumq; Hyacintho.

*Ergo cum Sponso detur Virtutibus aucta.*

*Ergo cum Spongia acutis virtutibus aucta  
Tampulchris; Gemmâ SCHROEERIA pulcrior omni  
Sponsula;*

Sponsula; cùm Sponsæ detur Virtutibus auctus,  
Et quem dant Musæ Cultoribus, auctus Honore  
Sponsus; sincero de pectore grator utriq;  
Paucis digna precans præclaris præmia Factis.

GODOFREDUS STIRIUS,  
Winzigiensis.

JUvare plurimos feri Brabea Martis;  
Sonumq; tympani movere gaudia;  
Trabemq; Cypriam referre præmia  
Gregi Lucrantium; frui labore partis;  
Et hinc Genus sequi, quod est minoris Artis,  
Videmus: Ast tamen venusta Gloria,  
Decusq; Laureum, simulq; munia.  
Sat ampla præstd sunt, catis parata chartis,  
Et ista VIC CI US Magister arte Clarus,  
Poëta Lauriger, Scientiæq; Gnarus,  
Didascalus bonus, Brabea possidet.  
Datur sed insuper Virago non amara,  
Licet MARIA sit. Proin, Marita chara  
Sit hæc Viro, diuq; complacens amet!

DAVID GERLACHIUS,  
Smigla Polonus.

---

## MARIA SCHROEERIA.

Per anagr.

Amori chara eris.

NON omnia amara notat Clari Spousa optima VICCI:  
Dispare sic Sensu Nomen & Omen erunt.

*Lectus amari vult Socius , nil sentit amari ,  
Sint licet interdum felle repleta domi.*

*Sponsa MARIA , tuo Sponso Tu semper Amori ,  
Meli gerum , Et prorsus chara Amaryllis eris.*

CHRISTOPHORUS WILDE/  
Winzigiensis.

**V**ICCI , phœbæ decus immortale coronæ ,  
O dulce sidus , faxq; pectoris mei ,

Num Phœbus Venus est ? Lactat nutricula prolem .

Pallas , cataq; vagitibus strepit Lyra .

Fœcundas , scimus , cunas vitare Minervam .  
Et litigantes per cubile fœminas .

Nec Regina Cypri supplex consedit ad aras  
Mavortis , hastâ spiculisq; splendida .

Res mutant . Myrto jungit se mascula Laurus :

Quod Ipse victus approbas Puellulâ .

Concors dissidium ! Nunquam discordibus armis

Quærenda Pax arcum gravet Cupidinis !

Sit Phœbus Veneris conjux : sit dulce Librorum .

Et Liberorum perpetim Consortium !

CHRISTOPHORUS FRIDERICUS CASELIUS ,  
Winzigiensis.

**Q**uis novus Aonias penetravit Rumor ad ædes ?

In thalamum VICCI SCHROERIANA venit .

Nobile Par ! Ingens Illum doctrina celebrat :

Hanc Pietas . Habitat Phœbus in æde Jovis .

Nobile Par ! Musæ jungit se suavis Apollo ;

Huic iterum jungit se nova Musa Viro .

Ferte

Ferte citi Naptis pia vota recentibus omnes,  
Quos vestri Phœbi laus juvat. Ipse fero.  
Spinea frons frontem cingit, quernæq; coronant.  
Glandes, dum cunas offero pane graves.  
Inveni, dicens, meliora malumq; reliqui.  
*SPONSE*, reliquisti, *SPONSA*q; triste malum.  
Ast invenistis, quæ sunt meliora. Capessis  
*SPONSE*, tuam *SPONSAM*; *SPONSA*, tuumq; *VIRUM*.  
En! Panis spondet Vobis meliora. Quid ergo  
Glandes & Spina? Vos Bonamille manent.

DANIEL SPIGELIUS,  
Vratislaviensis.

---

Magister Fridericus Viccius,  
Per Dialogismum Neonymphorum, ex Anagrammate:  
Fariscivi, succum gerit. Rides.  
Quid faris, mea Sponsa, boni! Me Mater Amorum.  
As sociat placita conditione Viro:  
Civi Castalidum sociat, cui tempora Lauru  
Semper vivaci cinxit Acerse comes.  
Hujus adesse Ceres tædis amat; Illa suavem  
Frugum jam succum, mitia dona, gerit.  
Hujus amat tædas quoq; Dirces mitis alumnus:  
Namq; suum succum, Massica vina, gerit.  
Læta ideò rides? Quin Mecum corde precare:  
Da Bona; da Thalami Gaudia mille, DEUS!

SAMUEL WERNERUS,  
Fraustadii-Polonus.

**C**onnubiale jugum spernunt, quos subdola Circe  
Decipit, aut veritæ Cypridos ignis habet.  
Sed Tu, Thespia dum Cultor, connubia laudas  
Casta; quibus quondam Thais abusa fuit.  
Hinc Sociam vitæ Tibi dat; Pietate Sabinas,  
Penelopen vincit quæ Probitate, DEUS.  
Bina cui Tyrio sunt picta Labella colore,  
Hyblæoq; loquens Lingua liquore fluit.  
Hanc cupidis ulnis amplexus, amansq; cupitam;  
Dante DEO, sanctè quod cupis, omne cape!  
*DAVID Schubert/ Grünbergensis.*

**L**Aurigeri quoudam Vatis cata Verba leguntur:  
Si qua voles aptè nubere, nube pari!  
Scilicet asseruit, quod, cum conjungere verum est  
Sponsos, conjungat Copula fausta pares.  
Exemplum poscis? Par nobile præbet id ipsum.  
Quod par felici sidere jungit Amor.  
Corripuit pariles Mentes castissimus Ardor;  
Atq; pro Probitas copulat ipsa Paren\_,  
Felices pariter felicia Secula vivant\_,  
Et paria æquiparent Pignora sapè Pares!  
*GODOFREDUS Bischöf/ Neagoræus.*

**E**T mea Vota aliis liceat conjungere Votis,  
Dum venit in Thalamum, Sponse, Marita tuum.  
Sponsa MARIA venit, VICCI, Tibi, Gloria Pindi:  
Curatura Domum fida Marita venit.  
Non Te, non terret Nomen, quod signat Amaror.  
Nam quid Amaroris blanda MARIA ferat?  
*Dulcis*

Dulcis amor Sociæ dulcabit amara MARIAE,  
Quam placuit Votis expetiisse piis.  
Hoc Tibi Delicium tolerandæ tædia Vitæ  
Discutiens , Animo gaudia mille ferebatur.  
Hac comite expediet felici tendere gressu,  
Quod promisla Fides , quod pia Vota vocantur.  
Quare , qui junxit Vos , continuatus ad annos ,  
Mutuus extremos , usq; perennet Amor !  
*Usq; perennet Amor : Nec Vobis extera tantum ,*  
Quin interna simul det Bona , cæles Amor !  
Auctet & optatà faustos Vos Prole Patentes ,  
Quæ referant MATREM Dote , PATREMq; Animi !  
SAMUEL Lehmann/ Zullichiensis.

---

EN, VICCI , textis Hymenæus tempora sertis  
Condecoratus adebat , nec nisi lata ferens !  
Ecquid ego indè feram? Calidos ex corde precatus  
Fundito , quo cœptis det Bona quæq; DEUS.  
Gluten amicitiae firmum , Concordia ; Vestro  
Asfideat semper mente favente Toro.  
Nec , nisi sera Manus Lachesis divellat Amores ;  
Si quid in hos Lachesis frivola juris habet .  
MICHAEL ANDREÆ , Zullichiensis.

---

PEGASIDES Divæ , blandarum prima Sororum  
Pasithée , natæ de Genitore Jove ,  
Harmoniæ faciles , Cadmiq; , Hymenæa frequentantur ,  
Metra mari lituo , non moritura , canuntur .  
Numina sic Divum socios venerantur Amores ,  
Tot Divas studiis qui coluete VIRUM.

Talis

Talis Apollineæ Decus immortale Cohortis,  
Turba cupit Tædæ metra sacrare tuæ.  
Verum Hederæ sine Honore virent; sine divite Venâ  
Sedulitas nostra est, Ingeniumq; rude.  
Laudabit Thalamum generosa Camena Virorum:  
Vota, Precesq; Toro nostra Thalia feret.  
Natu divino clementis Gratia Cœli  
Confirmet vestri Jus sociale Tori!  
*ESAIAS GOSKR, Winzigenensis.*

---

PLaudite! Conjugii Fautor Par nobile junxit.  
VICCIUS est Sponsus: Plaudite Magdalides!  
Cernite VICCIADEN, quo non felicior alter!  
Felicem Sponsum, cernite VICCIADEN!  
Huic pia Sponsa venit, nec Dotis amabilis expers:  
Sponsa venusta venit, Sponsa pudica venit.  
Et Sponsæ Sponsus venit omni dignus Honor;  
Dignus amore tuo, Sponsa, favore tuo.  
Nobile Par! Vestros, qui junxit, servet Amores,  
Mens una ut longum fuis, Et una Caro!  
*FRIDERICUS COLERUS, Vratislaviensis.*

---

Quo mactabo tuas, Sponse optime, munere tædas?  
An Voto? Votum mente favente dabo.  
Pace Domus, Gnatis Thalamus succrescat, in ævum,  
Et colatusq; suum Tetua Juno Jovem.  
*JOHANNES HENRICUS LAURENTIUS,  
Freibergensis.*

